



JOANNIS CASAE
Ad Illustrissimum ac Sapientissimum
Venetiarum Principem
FRANCISCUM DONATUM
IN HISTORIAS
PETRI BEMBI
P R A E F A T I O .



Ultæ sunt artes , Illustrissime Princeps ;
quod tu minime ignoras , cum ad vitam
sustentandam inventæ , tum ad cultum ,
aut etiam ad jucunditatem voluptatem
que ab hominibus excogitatæ : quarum in
singulis qui excellenti quadam scientia ali-
quando præter cæteros præstiterunt , ma-
gno apud omnes gentes in honore habiti sunt . Nec vero
injuria id quidem : nihil est enim præstantius , nihil omnino
homini laudabilius , quam de hominum genere bene , quoquo
modo possis , mereri : eamque cognitionem , quam a natura
habeamus , nostra quoque opera , hoc est , dandis beneficiis ,